Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus concede propitius ut intercessione beati martini confessoris tui atque pontificis contra omnia adversa muniamur. Per. Sapie.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inventus est iustus. Et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi: qui conservaret legem excelsi. Ideo iure iurando: fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi: et testamentum suum confirmavit super caput eius. Cognovit eum in benedictionibus suis: conservavit illi misericordiam suam: et invenit gratiam coram oculis domini. Magnificavit eum in conspectu regum: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum sempiternum: et dedit illi sacerdotium magnum. Et beatificavit illum in gloria. Fungi sacerdotio: et habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum: in odorem suavitatis. Gr. Domine prevenisti. R. theodori.

...alleluia. ...Martinus ...episcopus migravit a seculo vivit in xpisto ...to gem...

Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei. Beati servi illi: quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis: quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit eis. Et si venerit in secunda vigilia et si in tertia vigilia venerit et ita invenerit: beati sunt servi illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret utique: et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Dixit autem ei petrus. Domine: ad nos dicis hanc parabolam an et ad omnes. Dixit autem dominus. Quis putas est fidelis dispensator et prudens. quem constituit dominus super familiam suam. ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille servus: quem cum venerit dominus invenerit ita facientem. Vere dico vobis: quia supra omnia que possidet: constituet illum. Off.

Ma sacerdotum... (Iuravit dominus) i. d. s. R. lucam.

Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Pro.

Beati martini pontificis quesumus domine nobis pia non desit oratio. que et munera nostra conciliet. et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per. Co.

Beatus servus quem cum venerit dominus invenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum.

Presta quesumus omnipotens deus. ut sicut divina laudamus ... Co.

...martini confessoris ... pontificis. solempnitate magnifica. ... sic ... eam tuam pro eius precibus assequi. Per. ...

Presta quesumus omnipotens deus. ut qui beati ... martini confessoris tui solempnia colimus ... intercessione eius in tui nominis amore roboremur ...

Beati martini confessoris tui solempnia ... quesumus domine ut eius auxilio tua beneficia ... amus pro quo hostias laudis offerimus ...

Benedictio tua deus impleat corda ... perficiat. qui et martyrum honor... nes. et remedia salutis eterne. Eisdem ... tibi assequamur. Per. De sancto bricio. Sum... confessore pontifice. De sancta cecilia ...

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu ... et non confundebar et meditabar ...

1607

Finland 1607

L/ 17

tuis que dilexi ni- mis. Ps. Beati immaculati in via. e u o u a e. Coll.

Deus qui nos annua beate cecilie martiris tue sollempnitate letificas. da ut quam veneramur officio. etiam pie conversationis sequamur exemplo. p. Epistola. Fratres. De virginibus. &c. xi. vgl.

Audi filia et vi- de ... et inclina aurem tu- am ... quia concupivit rex speciem tu- am. V. Spe- cie tu- a et pulchritudine tua intende prospere proce- de ... et regna. Alle- luia. V. Emulor enim vos dei emulatione ... ne despondi vos uni vi- ro vir- ginem castam exhibere ... Simile ... xv. dc uir. a regnum e.

Offerentur regi virgi- nes post eam proxime e- ius offeren- tur tibi. Secreta.

Hec hostia domine placationis et laudis quesumus ut interveniente beata cecilia martire tua nos propitiatione tua dignos semper efficiat. p. Co.

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me ego autem in mandatis tu- is exer- ce- bor in tuis iustificationibus ut non confundar.

Hec nos domine gratia tua quesumus semper exerceat. Postco. ut divinis instauret corda nostra mysteriis. et sancte cecilie martiris tue commemoratione letificet.

De sancto clemente.

Dicit dominus sermones mei quos dedi in os tu- um non defici- ent de o- re tu- o ad est enim nomen tu- um et munera tua accepta e- runt super altare ... me- um. Ps. Misericordias. e u o u a e.

Deus qui nos annua beati clementis martiris tui atque pontificis sollempnitate letificas. concede propitius. ut cuius natalicia colimus virtute quoque passionis imitemur. p. Ad philippenses.

Fratres. Imitatores mei estote et observate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis. nunc autem et flens dico inimicos crucis christi. quorum finis interitus. quorum deus venter est. et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in celis est: unde etiam salvatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum. qui reformavit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. secundum operationem qua possit etiam subicere sibi omnia ihesus christus dominus noster. Gr. Iuravit dominus et non penitebit e- um tu es sacerdos in eternum secundum ordi- nem melchise- dech. V. Dixit dominus domino meo se- de a dex- tris me- is. Alle- luia. V. Posu- isti do- mi- ne super caput e- ius coro- nam de la- pide preti- oso.